



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

Jntructio ad eligendarum rerum notitiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

tanquam fine nostro, & electo deinceps coniugio, vel sacerdotio, cæterisque rebus omnibus, quatenus expedit, ad præfixum finem ordinatis. Idcirco nihil mouere nos debet, ad mediis quibusuis vtendum, aut supersedendum, nisi habita in primis tam diuinæ laudis, quam nostræ salutis certa ratione.

*INTRODUCTIO AD  
eligendarum rerum notitiam ; complectens quatuor puncta, & annotatiunculam unam.*

**P**RIMVM punctum est: quod res omnes, quæ sub electionem cadunt, necessario bonæ esse debent ex seipsis; aut certæ non malæ; nec nisi consonæ institutis orthodoxæ Matris Ecclesiæ.

**S**ecundū: quod genera duo rerum electioni quadrant. Nam quarun-

dam electio immutabilis est, ut ordinis sacerdotalis, & matrimonij: aliarū vero mutari potest; sicut redditū ecclesiasticorum, vel sacerulariū; quos recipi & relinquī ex causa fas est.

**T**ertium: quod circa ea, de quibus facta iam sit electio immutabilis, nihil superest eligendum..

Sed aduertendum est; quod si quis improuide, nec sine obliquis affectionibus aliquid elegerit, quod non liceat retractare, reliquū est, ubi eum cœperit pœnitere facti, electionis damnum probitate vitæ, & operum solertia pensare: resiliere autem nullo pacto decet, quamuis electio istiusmodi non videatur vocatio diuina esse; ut pote obliqua, atque inconsulta. Quia in re nō pauci errant; electionē malam, & obliquam pro diuina vocatione reputantes: cum hæc semper pura & clara sit, non carnali ullo affectu, vel studio peruerso mixta.

Quar-

**Q**uartum : quod si quis debito modo & ordine, absque carnali mundoque affectu quippiam elegit, quod mutari possit, non est cur violet electionem talem, sed potius, ut in ea magis ac magis proficiat, ad niti debet.

**N**otandum autem est, quod si elec<sup>tio</sup> rerum huiusmodi mutabiliū, non ita recte, atq; sincere processerit : eam expedit corrigere, ut fructus vberior, & Deo gratior produci possit.

**D E T E M P O R E T R I P L I-  
ci, ad electiones recte faciendas  
magis opportuno.**

**T**empus primum erit: quando voluntatem diuina virtus sic impellit, ut omnis dubitatio : imo etiam dubitandi facultas animæ sublata sit, quo minus sequatur impulsione in talem: sicut legimus beato Paulo, &